

Evangelium Johan: 4. cap.

ERat quidam regulus, cujus
filius infirmabatur, &c.

EXORDIUM.

Esai: 42. **C**alamum quassatum non confringet,
inquit Propheta de Christo: quod &
ipsemet Salvator reipsa testatus est in hodi-
erno Evangelio. Licet enim Regulus admo-
dum infirma fide esset præditus. Non tamen
à Christo repudiatur, sed verbis dulcissimis
(Vade, filius tuus vivit) reficitur. Qua-
propter & nos, quamvis infirma fide præditi,
non desperemus, sed ad Christum confugiamus.

NARRATIO.

Est hodierni Evangelij Lectio nobis
admodum necessaria: In illa enim
nos Regulus, quid nobis sub cruce faci-
endum sit, suo ipsius exemplo docet.
Quapropter, ut in nostrum usum illam
transferre possimus; considerabimus:

- I. *Petitionem Reguli, quâ apud Chri-
stum pro filio suo intercessit.*
- II. *Responsionem Christi, quâ Regulum
duriter increpavit.*

III. In